



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Qvadriga Pietatis

Bebius, Philippus

Coloniae, 1616

Prologvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55113](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55113)

EIVSDEM
 AVTHORIS
 COLLYRIUM
 SPIRITVALE.

PROLOGVS.

EX damnis quæ nobis superbia affert, potest humilitatis fructus agnosci, quæ eo in Scriptura magis celebratur, quo magis est ad vitam spiritualem inter virtutes cæteras necessaria; quippe quæ sit totius ædificij spiritualis fundamentum. Parum enim profuerit; scientiam, aut fortitudinem, aut liberalitatem, aut eiusmodi virtu-

H. s

tes

acquisisse, nisi eas quis humi-
litate conseruet. Etenim quid
prodest Eleemosyna, quam,
cum destituitur humilitate,
vanæ gloriæ vitium inficit?
Quis porro fructus ea quæ for-
titer facta putantur sequi po-
test, si humilitate careant hi
qui ea gesserunt? Id quod de
reliquis virtutibus dici pos-
sit, plane apparet magnum esse
se superbię detrimentum, idque
vel ex eo cognosci potest,
quod hæc vna de cælo Luci-
ferum deiecit, & hominem
ex eo quo fuerat honore præ-
ditus deturbatum, similem
iumentis effecerit. Quod
cum ita sit, non puto esse ne-
cessarium, humilitatis virtu-
tem

rem magnopere commendare, sine qua quod altum hominibus esse videtur abominabile est ante Deum: tantum itaque ea tradam, in quibus si diligenter versemur, hanc poterimus virtutem facilius consequi, quam nisi diligenter custodiamus, quæ est inimicorum nostrorum in oppugnando dexteritas, facile erit amittere. Quare attentè quæ sequuntur consideranda sunt ei, qui velit tanto hoc præsidio contra omne genus mali uti, de quo scriptum est. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Quod ut studiosè facias, amice Lector, id te mouere possit

H 4 quod

quod cum beatissima. Virgo
virtutibus omnibus cumula-
ta esset, humilitatis tamen so-
lius videtur meminisse, cum
Dominum magnificans dixit
Respexit humilitatē ancilla suae,
ecce enim ex hoc beatam me di-
cent omnes generationes. Quod
cum ad humilitatis commen-
dationem magnopere facit,
tum illud quod Dominus præ
cæteris virtutibus humilica-
tem, & mansuetudinem à se
homines discere vult, quod
certe omnes deberet maxime
excitare ad diligenter in hac
præcipue virtute operam po-
nendam.

Argu-